

JOAN ALBERT BAN (HAARLEM)
AAN CONSTANTIJN HUYGENS (DEN HAAG)
16 OKTOBER 1639
2263

Vervolg op Bans brief van 4 oktober 1639 (2256).

Samenvatting: Ban is verheugd over de behouden terugkeer van Huygens, en houdt Huygens op de hoogte wat betreft zijn onderzoek. Over zijn *musica flexanima* (zielroerende muziek) heeft hij met Descartes uitgebreid gesproken. Laatstgenoemde verlangde dat Ban de ideeën die aan de *musica flexanima* ten grondslag liggen zou verduidelijken in een compositie. Hij vindt een bevestiging voor zijn ideeën in de experimenten van Golius en Valckenburg. Tot slot dankt hij Huygens uitgebreid voor diens belangstelling en diens protectie.

Over een antwoord van Huygens is niets bekend.

Primaire bron: Leiden, Univ. Bibl., Cod. Hug. 37: brief (dubbelvel, 20x31 cm, ab | d; autograaf).

Vroegere uitgaven: Vloten 4, pp. 257-258: onvolledig (<Heri cum Heroë ... musicæ deesse queat>, < Tua obstricante manu... prima fronte sordescat>).

— Jonckbloet 1882, [Ban] nr. 5, pp. LXVII-LXVIII: onvolledig (<Heri cum Heroë ... musicæ deesse queat>).

— Worp 2, nr. 2263, p. 509: onvolledig (<Heri cum Heroë ... spectanda pulsandaque offeram.>, rest samengevat).

— Waard 8, nr. 771, pp. 536-538: onvolledig (<Heri cum Heroë ... spectanda pulsandaque offeram.>).

Namen: René Descartes; Jacobus Golius; Adriaan van Valckenburg.

Glossarium: cantare (zingen); cantus (gezag); chelis (viola da gamba); cymbalum (klavecimbel); diësis (kleinste halve toon); harmonicus (muzikaal); gradus (stap); instrumentum (muziekinstrument); intervallum (interval); monochordum (monochord); musica flexanima (zielroerende muziek); musica instrumentalis (instrumentale muziek); musica vocalis (vocale muziek); musicus (muzikaal); organa (orgel); pulsare (spelen); semitonium majus (grote halve toon); semitonium minus (kleine halve toon); semitonium minimum (kleinste halve toon); testudo (luit); tonus (hele toon); vox (stem-partij).

Transcriptie

Nobilissimo ac generoso viro

Domino Constantino Hugenio, Equiti, Domino in Zulicom, Consiliario et Secretario Suæ Celsitudinis,

Hagæ-Comitis.

Nobilissime ac generose vir,

Ut intellexi te, diu nimiumque absentem, salvum atque incolumem rediisse in patriam, nec animum nec calamum cohibere potui, quin tibi, studiorum meorum singularissimo patrono, gratularer, simulque progressus meos, paulò latius quam ante aliquot dies feceram, aperirem. Heri cum Heroë Descartio mediam diem in colloquiis musicis consumpsi, qui me mirè acriterque instigabat, ut theoriam ad praxim illam redigam, quâ vocalis atque instrumentalis musicæ flexanimæ modulatio inclarescat. Eâ in re tantum profeci, ut ex divisione monochordi omnes harmonicis cantus, minutioribus intervallis, ceu vocis gradibus, hoc est, utroque tono, semitoniis majore, minore, ac minimo (quod et diesis harmonica nobis dicitur) modulandos, expeditiori viâ luculentissimè demonstrarem.

Et primò quidem vivæ vocis flexio, proportionalibus asperæ arteriæ partibus, tum capacitate laryngis, ubi generatur, tum adæquatâ dilatatione ac constrictione formatricis pharyngis, respondens, ipsaque ars concinnè

cantandi, exiguo tempore nulloque negotio, doceri atque apprehendi poterit. Experimenta istius rei viris clarissimis Golio et Falcoburgio, anatomica subsidia mihi præbentibus, ad oculum ostendi. Deinde vero etiam organa, cymbala, testudines, chelesque, atque alia instrumenta, iisdem planè harmonicis gradibus intervallisque instructa, voci ad amussim respondentia, fabricari poterunt. Ut nihil sit quod flexanimæ musicæ deesse queat. Experimenta post aliquot septimanas præsto erunt, quæ datâ occasione tibi spectanda pulsandaque offeram. Et quoniam tam avidè expectabas intelligere, quantum in stadio musico profecissem, nec unico epistolio omnia perscribi poterant, placuit hocce alterum addere, quo tuis desideriis abundantius satisfaciam, et me tuo favori firmitus | b | innectam.

Quippe qui pro ingenitâ tibi virtute, cum summâ animi voluptate, soles studiosorum ingenia, eorumque conatus non solum amare, verum etiam fovere, omnique benevolentia prosequi, donec partum eorum bono publico feliciter natum videas. Tuâ igitur obstetricante manu, scientiam hanc artemque liberalem in lucem editam, contra mechanicorum hominum sinistra judicia tuendam arbitror, ne, ab ignorantibus insulsè explosa, philomusis etiam primâ fronte sordescat. Tantum est ut te præcipuo Mæcenate Christianæ Reipublicæ feliciter conferretur. Vale, vir nobilissime, et me (ut soles) ama.

Nobilissimæ ac generosæ Dominationis Tuæ servus
J. Alb. Bannius, 1639.

Harlemi, XVII Kalendas Novembres MDCXXXIX.

Vertaling

Aan de heer Constantijn Huygens, ridder, heer van Zuilichem, raad en secretaris van Zijne Hoogheid,

te Den Haag.

Edele heer,

Zodra ik hoorde dat u, na een al te lange afwezigheid, veilig en ongedeerd in het vaderland was ¹teruggekeerd, heb ik noch mijn geest, noch mijn pen ervan kunnen weerhouden, om u, als beschermer van mijn studies, geluk te wensen, en tegelijkertijd mijn vorderingen ten toon te spreiden, iets uitgebreider dan enkele dagen geleden. Gisteren heb ik een halve dag een gesprek gehad over muziek met de voortreffelijke [René] Descartes, die mij op wonderlijke en vurige wijze ertoe aanzette, dat ik de theorie in praktijk zou brengen, waardoor een volgens de zielroerende muziek gemaakte vocale of instrumentale compositie duidelijk als zodanig zal blijken. In deze aangelegenheid ben ik slechts zover gekomen, dat ik het vanuit een monochord-verdeling op een gemakkelijke manier duidelijk kan maken, hoe alle harmonische gezangen gecomponeerd moeten worden met de kleinste intervallen, ofwel de stappen van de stem, dat wil zeggen, met de beide ²hele tonen, de ³grote, ⁴kleine en ⁵kleinste halve toon (welke laatste door ons ook harmonische diëze wordt genoemd).

1. Huygens was op 12 oktober 1639 van de veldtocht in Den Haag teruggekeerd.

2. Hiermee worden bedoeld de grote hele toon (*tonus major*) met frequentieverhouding 8:9 (204 cents) en de kleine hele toon (*tonus minor*) met frequentieverhouding 9:10 (182 cents). In de muziektheorie en in muzieknotatie is het onderscheid niet zichtbaar. Welke van de hele tonen in het toonstelsel groot of klein zijn hangt af van de keuze van de theoreticus.

3. De grote halve toon (*semitonium majus*, in *Bans Kort Sangh-bericht* van 1643 “meerder halven toon”) is de diatonische halve toon in zuivere intonatie (bijvoorbeeld *E-F* en *B-C*), met frequentieverhouding 15:16 (112 cents).

4. De kleine halve toon (*semitonium minus*, in *Bans Kort Sangh-bericht* van 1643 “minder halven toon”) is de chromatische halve toon in zuivere intonatie (bijvoorbeeld *C-Cis* en *Es-E*), met frequentieverhouding 128:135 (92 cents). Waar precies dit interval optreedt, is afhankelijk van de ligging van de grote en kleine hele tonen.

En zeker zal eerst de natuurlijke stembuiging die correspondeert met de proporties van de onderdelen van de luchtpijp, zowel met de capaciteit van het strottenhoofd, waar deze wordt voortgebracht, als met de noodzakelijke wijdte en nauwte van de vormende keel, en vervolgens de kunst van het sierlijk zingen in weinig tijd en zonder moeite kunnen worden onderwezen en begrepen. Experimenten in deze zaak heb ik aan de geleerde heren [Jacob] Golius en [Adriaan van] Valckenburg, die hun anatomische hulpmiddelen aan mij ter beschikking hebben gesteld, voor hun ogen getoond. Vervolgens kunnen daadwerkelijk ook orgels, klavecimbels, luiten, viola da gamba's en andere muziekinstrumenten worden vervaardigd die geheel en al voorzien zijn van dezelfde harmonische stappen en intervallen, en net zo nauwkeurig zijn als de stem. Zodat er niets is wat zou kunnen ontbreken aan de zielroerende muziek. De ⁶experimenten zullen [mij] over enkele weken ter beschikking staan, en, als de gelegenheid zich voordoet, zal ik ze u laten zien en horen. En aangezien u zo gretig ernaar uitzag te vernemen, hoever ik gevorderd ben in het muzikale strijdperk, maar niet alles in een enkele brief kan worden beschreven, leek het mij een goed idee hieraan deze andere toe te voegen, waardoor ik des te overvloediger aan uw wensen voldoe, en mij des te sterker in uw gunst weet.

Immers, u bent gewoon met de deugdzaamheid die u eigen is, en met de grootste toewijding, de talenten van geleerden en hun werk niet alleen een warm hart toe te dragen, maar hen ook daadwerkelijk te steunen, en hen met alle welwillendheid te begeleiden, totdat u de bevalling ervan gelukkig tot stand ziet komen tot algemeen nut. Daarom meen ik, met uw verloskundige hand, deze kennis en kunst aan het licht te moeten brengen, om ze te beschermen tegen het onjuiste oordeel van de mensen die mechanisch denken, opdat die kennis en kunst niet, door onwetenden op laffe wijze uitgejouwd, zelfs al de muziekminnaars direct waardeloos voorkomt. De bedoeling is slechts dat vooral door uw bescherming dit ten goede komt aan de gemeenschap der Christenen. Gegroet, verheven heer, en denk aan mij (zoals u pleegt te doen).

Uw dienaar
Joan Albert Ban, 1639.

Haarlem, 16 oktober 1639.

5 De kleinste halve toon (*semitonium minimum*, in Bans *Kort Sangh-bericht* van 1643 "minste halven toon") is eveneens een chromatische halve toon in zuivere intonatie (bijvoorbeeld *F-Fis* en *Bes-B*), met frequentieverhouding 24:25 (70 cents). Waar precies dit interval optreedt, is afhankelijk van de ligging van de grote en kleine hele tonen.

6. De experimentele instrumenten.

ACAD.
LUGD. BATAV.
BIBL.

4

Mobilis. ac Generosa Vir

Ut intellexi te, diu nimirum absentem, saluum atq; incolumem rediisse in Patriam; nec animum nec calamum cogitare potui, quin tibi studiorum meorum singularissimo Patrono gratularer; simulq; progressus meos, paulo latius, quam ante aliquot dies feceram, aperirem. Hæc cum Heroe Descartio mediam diem in colloquiis Musicis consumpsi: qui me mirè acriterq; instigabat, ut Theoriam ad Praxim illam redigam, quæ Vocalis, atq; Instrumentalis Musica Flexanima modulatio inclavescat. Eâ instantim profeci, ut ex divisione Monochordi, omnes harmonicas Cantus, minutionibus intervallis; seu vocis gradibus, hoc est, [†] Semitonis majore, minore, ac minimo (quod & Duxis Harmonica nobis dicitur) modulandos, expeditioni viâ luculentissimè demonstrarem. Et primò quidem viæ Vocis flexio, proportionalibus asperæ arteriæ partibus; tum capacitatis Linguis, ubi ~~flexatur~~ ^{consonant}; tum adequatâ dilatatione, ac constrictione formatricis Pharyngis, respondens: ipsaq; Cantandi, æquò tempore, nulliq; negotio, doceri atq; apprehendi poterit. Experimenta istius rei Viris Clarissimis Golio & Falcoburgio, Anatomica Subsidia mihi præstantibus, ad oculum ostendi. Deinde vero, stians Organa, Cymbala, Testudines, Chelæ, atq; alia instrumenta, iisdem planè harmonicis gradibus intervallisq; instructa, voci ad anuissimè respondentia, fabricari poterunt. Ut nihil sit quod Flexanima Musica deesse queat. Experimenta post aliquot Septimanas præsto erunt: quæ data occasione tibi spectanda pulsandaq; offeram. Et quoniam tam avidè expeditabas intelligere, quantum in studio Musico proficissem; nec unico Epistolico omnia perscribi poterant; placuit hocæ alterius addere: quò tuis desiderijs abundantius satisfaciam, et me tuo favori firmius

+ utroq; Tono &

innotam. Quippè qui pro ingenitâ tibi virtutè, cum sum-
mâ animi voluptatè, soles studiorum ingenia, eorundemq[ue]
conatus non solum amare; verum etiam fovere, omniq[ue]
bonovolentiâ prosequi: donec partum eorum bono publi-
co feliciter natum videas. Tuâ igitur obstetricantè
manû, scientiam hanc atq[ue] liberalem in lucem editam,
contra mechanicorum hominum sinistra judicâ tuendam
arbitror: ne ab ignorantibus insultu explata, Philomusis
etiam prima fronte sordescat. Tantum est ut te præ-
cipuò. Mæcenate. Christiana Reipubl. feliciter conferen-
tur: Vale, vir nobilissimè, & me (ut soles) ama.

Ab. ac generosè D. T.

Scrovus

Joh. Alb. Bannius
1639.

Harlemi xvii kal. Novemb.
C.D. DC. XXXIX.

Nobiliss. ac Generoso
Viro
D. Constantino Hugenio
Equiti,
Domino in Zalicom,
Consiliario & Secretario
Sua Celsitudinis.

Haga-Comitis